

Res 1076

reproduction antique

✠  
Rmo p. magistro Hieronimo neapo.<sup>nis</sup> or  
heremitar<sup>ni</sup> s. aug<sup>mo</sup> gnali dignis

Roma.

Rmē pr.

lras quas ad me v. R<sup>ma</sup>. P. destinavit summa cum alacritate accepi, ex quibus per facile cognosci poterat non tam mihi huius dignitatis immerito, q̄ p. v. gratulationem reddam esse. mira namq̄ in eis totius iocunditatis alacritatis exultationis species apparebat. unde etsi hucusq̄ monachum priuatum, seu aliquorū curam habentem me sumopere amabas, nunc ex crescente auctoritate nissus est amor ipsa creuisse. ac gratulatio hac etsi mihi probatissima, q̄ ab optimo procedit aīo, tamen mihi multo hoc iocundior, q̄ q̄uis me dignitate ad auctum cuperes non tantam pectoris leticiam demonstrasses, nisi diuina ope confisus sperares me, non onino iniuncti ministerij officium dedecoraturum. Sed ut verum fatear monachalem vitam tranquillam quietam meoq̄ ingenio commodam considerans huius quam ago pontificalis afficerer tedio, nisi et maiorem fructum christi reip. allaturam confiderem, et non minus multis negocijs occupatum proximorū saluti studentem, q̄ intra celam inclusum deo placere posse legissem. in hac p̄sertim ecclia que diu pastoris orbata regimine multorū vitiorū pullulatione siluescit. sed quo maior est in ea indigencia, eo vigilantiore opus est cura. unde ex carissimis a nobis est p̄missus x̄ps ut qm̄ hanc conferre dignatus est nobis ecclesiam, dignetur etiam ad illam regendam suam conferre gratiam, ne mihi largissima pietatis suae donum, in iudicium nostra desideria conuertatur. porro si negociorū quicq̄ religiosissime pr. ad v. p. expectans apud nos peragendum fuerit diligentissime curabitur. Valeat P. v. R<sup>ma</sup>. ex Valēcia xxiiij die Januarij. Anno M. D. xl. v.

ad madata p. v. l.

J. Tho<sup>as</sup> Archieps valē

Res 1076 reparacion antigua

Rm  
harc

datacolor

